





THESES JURIDICAE
CANONICO CIVILES
DE

46.
5 19

1691

HOMICIDIO,

Quas

Auspicante Deo trino sub auspiciis

Sub praesidio

PRAE-ET NOBILIVM, CLARISSIMORVM, CONSULTIS-
simorumque Virorum ac Dominorum

D. WILHELMI KLEY J. U. Licentiati & Profes-
soris Ordinarii & Juridicæ Facultatis Dictatoris,

Nec non

D. JOANNIS NABBEN J. U. Doctoris, Profes-
soris Ordinarii ejusdemque Facultatis Fisci,
In alma Vniversitate Coloniensi publicè,

Oppugnandas proponit

IOANNES MICHAEL Ostman Coloniensis.

Die 30. Ianuarii hora & loco consveto.



COLONIÆ AGRIPPINÆ;

Typis PETRI THEODORI HILDEN, Ven. Facult. Juridicæ
Typographi jurati & Ordinarii, Anno 1691.

THESES JURIDICAE

CANONICO CIVILES

DE

HOMICIDIO

Opus

Auspiciis Doctoris Joh. Baptistae

Schneiders

Magistri THEOPHILI CLERICI MURICI

Ordinarii in Theologia

WILHELMI KELLY J. U. Licentii

Ordinarii & Juridici in D. Theologia

Magistri

JOHANNIS HABBEN J. U. Licentii

Ordinarii in Theologia & Juridici

in Theologia & Juridici in D. Theologia

Opus

JOHANNIS MICHAELIS

Dis. Juris in Theologia



Magistri JOHANNIS MICHAELIS

Ordinarii in Theologia & Juridici

in Theologia & Juridici in D. Theologia

Magistri JOHANNIS MICHAELIS



...



con
Sic
tur
ries



ma
m
ner
est
fur



dire
feu
fis.





T H E S E S J U R I D I C A E
DE HOMICIDIO.

I.

Homicidium est delictum quo homo è medio tollitur, *L. 1. ff. ad leg. Corn. de Sicar.* vel est quælibet exanimatio hominis seu corporis humani violenter ab homine facta, quâ anima à corpore separatur. *Wesenbec. in paratit. ff. ad leg. Corn. de Sicar. num. 5.* dicitur ab homine facta, nam si homo occidatur à fera, vel bruto, non est propriè homicidium, sed pauperies dicitur. *tot. tit. Inst. § ff. si quadrup. paup. fecis. dicat.*

II.

Homicidium aliud est voluntarium, aliud involuntarium seu casuale. Voluntarium dicitur, quod dolo malo animo occidendi committitur *l. 1. in princ. § l. Divus. ff. de Sicar.* Casuale verò, quod casu, præter intentionem committentis vel causam dantis contingit, nam casus est causa agens præter intentionem. *Covarr. in Clem. si furiosus de homicid. p. 2. §. 4. in princ.*

III.

Ad incurrendam poenam ordinariam homicidii voluntarii non sufficit voluntas interior occidendi, quæ sit directa & perfecta. *d. l. 1. de Sicar.* sed requiritur, ut effectus seu mors ipsa sequatur, præterquam in casibus jure expressis. *Clar. lib. 5. §. fin. quest. 92. n. 1.*

A 2

IV.

IV.

DE jure civili communi poena homicidii est in infamiam deportatio & bonorum confiscatio. *l. 3. §. pen. ff. de Sicar.* hodie est poena mortis, si per dolum facta caedes sit. *§. item lex Cornelia. Instit. de publ. judic.* at verò de jure Canonico est in laicos excommunicatio. *Can. itaque xxiv. quest. 3* si verò Clericus committat homicidium, deponendus est ab ordine & officio. *C. presbyter. dist. 81.*

V.

Qui intendit vulnerare sine expresso animo occidendi, secuta tamen morte, voluntarius censendus est homicida, si ex conjecturis colligatur causa proxima & efficax, ex qua inoraliter mors sequi solet, fuisse adhibita. *Zæsius in comment. ff. h. t. n. 8.* secus si non colligatur ex conjecturis, quo tamen casu non erit immunis ab irregularitate. *C. fin. de homicid. in 6.*

VI.

Vulnerans aliquem lethaliter, quem alius superveniens occidit, tenetur lege Cornelia de sicariis, si prius vulnus extra dubium lethale fuerit. *l. 51. in princ. adl. Aquil.* non autem tenetur, si incertum sit ex eo mortem secuturam. *lason. in l. ab hostibus ff. solut. matrim. n. 9.* ab irregularitate tamen minimè erit liber. *Abbas cap. 18. hic n. 1. §. 6.*

VII.

Ex proposito volens occidere Titium, per ignorantiam aut errorem occidens Cajum, tenetur lege de sicariis. *Bart. in l. 11. in fin. ff. de poenis.*

VIII.

VIII.

UTi & mandans occidi. l. ii. §. si mandatu ff. de injur.
 nisi tamen poenitentia ductus mandatum revocaverit.
Zoes. h. t. n. 12. quo casu nec irregularitatem incurri sustine-
 mus. Secus in consulente homicidium, qui sive retractando
 consilium, sive non, hac lege tenetur, *Zoes. in Comment h. t.*
n. 19. simulque irregularis erit. *Felin. in c. sicut. n. 9.* &
seqq. h. t.

IX.

Mandans hominem vulnerari, & protestans ne occi-
 dat, si mandatarius eum occiderit, hac lege non tene-
 tur. *Fachin. i. contr. cap. 36.* quamquam efficiatur irregula-
 ris. *C. 3. de homicid. in 6.*

X.

Siquis pure consensit in homicidium, quod fit nomine
 ipsius consentientis, non fit irregularis nec ullam poe-
 nam incurrit; si vero quis consensum praebeat in homici-
 dium, quod ab alio fit suo nomine, vel propter ipsum, tunc
 consentiens fit reus homicidii, & consequenter etiam irregu-
 laris. *ita Pirhing. lib. 5. tit. 12. sect. 1. §. 5.* quod tamen nullo
 modo operatur rati habitio in homicidio perpetrato, etsi suo
 nomine facto. *Gloss. in C. si quis viduam V. aut consilio*
dist. 50.

XI.

Non impediens homicidium, si ad id teneatur solum
 ex charitate, nulli poenae saltem ordinariae est obno-
 xius, etiamsi omitat impedire, si vero ex justitia teneatur,

A 3

non

non videtur excusari, uti nec ab irregularitate. *Pirhing. lib. 5. tit. 12. sect. 1. §. 8.* XII.

IRregularis est, quid dedit causam rixæ, & ejus amici, aut famuli alterum cum eo contendentem & pugnantem occiderunt præter ejus voluntatem. *Fagnan. in 1. par. lib. 5. Decret. de homicid. C. ad audientiam n. 47.*

XIII.

SI in rixa plurium homicidium commissum, sed ignoretur à quo factum sit, omnes poenâ extraordinaria tenentur. *Gail. 2. obs. 109. n. 2. secus si destinata voluntate omnium sit commissum. ibid. n. 10.*

XIV.

IN dubio commisi homicidii, adeoque in dubio facti, quando scilicet certum est irregularitatem in aliquo casu esse jure inductam & decretam, sed dubium est, an hic vel ille homicidium commiserit, in utroque foro censendus est irregularis. Secus in dubio juris. *Covar. in Clem. uni. de homicid. in princ. part. 1. n. 3.*

XV.

Homicidium sine dolo malo, culpâ tamen commissum, non poenâ ordinaria mortis, sed extra ordinem poenâ pecuniariâ vel relegationis punitur. *Gilhaus. in arbore judic. Crimin. cap. 2. tit. 12. n. 7. incurrens simul irregularitatem. Pirhing. lib. 5. tit. 12. sect. 2. §. 1.*

XVI.

Quare putator etiamsi non proclamet in dejectione rami,

rami, & hominem interficiat, non tenetur lege Cornelia de
 ficariis, sed Aquiliâ. *l. in lege Cornelia h. t.*

XVII.

Homicidium extra culpam & pœnam, si committatur
 in necessariam sui defensionem, quæ cum à natura sit
 permiffa. *l. ut vim. de just. & jur.* ponit homicidium im-
 mune à culpa & pœna, modo tamen sit servatum modera-
 men inculpatae tutelæ *Gail. 2. obs. 110. n. 9.* & hinc ab irregula-
 ritate, etiam si aggredi volentem præveniat, & prius occidat,
 absolvimus.

XVIII.

Etiam si insultatus fugiendo evadere possit, ipsum in sul-
 tantem impunè tamen potest interficere. *Iason. in d. l.*
ut vim n. 38. & insultatus ab aliquo non tenetur fugere, e-
 tiam si sine periculo illud facere queat, *Clar. lib. 5. §. homi-*
cidium n. 32.

XIX.

In casu quo fuga non est sine periculo vitæ, aut gravis in-
 famiæ nota, occidens non est irregularis; si vero fuga non
 sit futura dedecori, in vasum occidendo, licet in foro civili
 possit dici extra noxam esse, non tamen in foro canonico
 est extra irregularitatem. *Abbas in C. significasti. n. 2. de*
homicid. hinc Clericus non fugiendo, si possit, irregularis
 habetur. *Gloss. in C. 10. h. t. & Clem. mic. h. t.*

XX.

Non solum licet occidere pro defensione proprii cor-
 poris, sed etiam pro defensione, qui sunt sanguine
 con-




conjuncti, imo etiam pro defensione extranei. *Bart. in l. ult. v. de just. & jur.* nec etiam talis poenam irregularitatis incurret. *Covar. in Clem. un. de homicid. p. 3. §. unic. n. 5.*

XXI.

Homicidium furis pro sola rerum conservatione, non est permissum nec de jure civili. *Wesemb. Conf. 19. n. 52.* nec de jure Canonico. *Fagnan. in 1. par. lib. 5. Decret. de homicid. C. interfecisti n. 18.*

F I N I S.







Köln, Diss., 1629-1787

ULB Halle


3

006 793 150



TA → OL





THESES JURIDICAE
CANONICO CIVILES 1691
DE
HOMICIDIO,

579

Quas
Auspicante Deo trino sub auspiciis

Sub praesidio

PRAE-ET NOBILIVM, CLARISSIMORVM, CONSULTIS-
simorumque Virorum ac Dominorum

D. WILHELMI KLEY J. U. Licentiati & Profes-
soris Ordinarii & Juridicæ Facultatis Dictatoris,

Nec non

D. JOANNIS NABBEN J. U. Doctoris, Profes-
soris Ordinarii ejusdemque Facultatis Fisci,
In alma Vniversitate Coloniensi publicè,

Oppugnandas proponit

IOANNES MICHAEL Ostman Coloniensis.

Die 30. Ianuarii hora & loco consveto.



COLONIÆ AGRIPPINÆ;

Typis PETRI THEODORI HILDEN, Ven. Facult. Juridicæ
Typographi jurati & Ordinarii, Anno 1691.

